



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

20. Trina victoria, qua Cosrhoës superatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

(105)

Est Trias humanæ mentis perfectio, cuius  
Per valles imas est adeundus apex.

(a) datur ratio cur imago S. Augustini huic libro praefixa sit.

(b) Diocorus quarebat, quæ esset via ad perfectionem & Deum, cui respondit S. Augustinus tertio: Humilitas, Humilitas, Humilitas. Epist. 55. ad Dios.

### SYMBOLUM 19.

Tres pars quantitatis incidentes Guttæ, quæ in unum coëunt  
Vasati gemmam triangularem effecerunt.

(a) **T**er Sanctis operante sacris Antistite, guttas  
Fornice de templi tres cecidisse ferunt.

Unius in gemmæ mox confluxere nitorem,  
Et Crucis in medio Gemma trigona micat.

**O** Ari! Triadis mastyx! unum Unio Numen  
Exhibit, & Trinum forma trigona Deum.

(a) Episcopus urbis Vasatensis, cum ab Hunnicâ clade beneficio Dei urbs liberata esset, in gratiarum actionem, solemnem missam celebravit, viseque sunt super altare quasi de camerâ templi cadere, tres equalis magnitudinis guttae, crystallo clariores, quibus in unum coëuntibus pulcherrima gemma triangularis efformata est, quam Episcopui in medio aurea Crucis, venerationis ergo contra Arianos et tempestate multum Ecclesiam infestantes collocavit. Sig. in Chron: anno 453.

### SYMBOLUM 20

Trina victoria, quâ Cosrhoës impius irrisor SSS. Trin. ab Heraclio ejusdem pio cultore, divinitus punitur.

**P**Erpeßus jam Cæsar erat ter ab hoste repulsam  
Nec via condendi fœderis illa patet.

Fit via vi: Triadi(a) raptos ulturus hono res,  
Icone prælatâ Rex animatus, abit.

S. 2

Ir.

Irruit, & victo Triadis fictore, triumphans,  
Tres vectat vincitos post sua terga duces.

(a) Gestrhoës Persarum Rex, victorij insolens nec iniquis quidem conditionibus pacem cum Heraclio latre voluit. Currum ex auro fabricavit, in quo resedit quasi Deus Pater, juxta se Crucem Domini a dextris posuit loco Filii, & gallum a sinistris loco Spiritus S. ; sequere justitiam collit Deum, ideoque a Deo punitur, & ab Heraclio tres ejus exercitus profligantur prolat a imagine Christi non manu, sed a Deo facta. Ex Siffrid. presb. lib. 1. Epit. anno Domini 612. Bar. anno 614..

### S Y M B O L U M 21.

*Parelia, seu tres soles in unum coeuntes.*

(a) **V**iderat ut primam mundi Lux unica lucem,  
Hispano soles tres micuere polo.  
Tres videoas unum subito coiisse sub orbem,  
Sol triplicis solis lumina solus habet.  
Castilio cur orbe micant? ferventiùs olim  
Quòd sit ab Hispanâ gente colenda Trias.

(a) *Ipsa die nativitatis Christi hi soles visi sunt in Hispania ut reserat D. Tho. 3.p.q.36.1  
3. ad 3.*

### S Y M B O L U M 22.

Tres Cruces pavimento infixæ infra quas Tiberius II. Imperator, summe liberalis in pauperes, thesaurum invenit.

(a) **I**n miseros largitus opes, insignia Cæsar  
Christiadum spectat sculpta jacere solo.  
Calcar i ratus indignum venerabile schema,  
Sustulit, inde crucis forma secunda patet.  
Tertia Crux reserat, clavis velut aurea, gazas,  
Cæsar opes, in opes distrahit inter, opum.

(a) *Tiberius, cum etiam insignia & ornamenta imperij fuisset in pauperes elargitus, mobitus, ne res imperij prodigat respondit: Deus non deerit fisco nostro. Et ecce paulo post in*